



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De illis episcopis qui superbire incipiunt. xiii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

*Quod non habeantur Episcopi, quos nec clerici, nec  
populus elegit, nec comprouinciales Episcopi  
consecrarunt.* Cap. XI.

**N**VLL A ratio sinit, ut inter Episcopos habeatur, qui *Ca. Leo-*  
nec à clericis sunt electi, nec à plebibus expetiti, *nis papæ*  
nec à cōprouincialibus Episcopis cum Metropolitani iu- 15.  
dicio consecrati. Vnde cū sape quæstio de malè acce-  
pto honore nascatur, quis ambigat, nequaquam & ab istis  
esse tribendum, quod non deceatur fuisse collatum? Si qui  
autem clerici ab istis pseudepiscopis in eis Ecclesijs ordi-  
nati sunt, quæ ad proprios Episcopos pertinebant, & or-  
dinatio eorum cum consensu & consilio præsidentium  
facta est, potest rata haberi, ita ut in ipsis Ecclesijs perfe-  
uerent. Aliter autem vana habenda est consecratio, quia  
nec loco fundata est, nec auctoritate munita.

*Quod nullus ordinari Episcopus debeat, nisi ex  
conuentione.* Cap. XII

**N**VLLVS est ordinandus Episcopus, nisi cōuocatis *Ex cōcil.*  
clericis & parochianis, & in unum consentientibus. *Aurelia.*  
*cap. 2.*

*De illis qui accipiunt regimina Ecclesiæ, et cun-  
ctos fastu superbiæ paruipendunt.* Cap. XIII.

**Q**VIDAM assumpta Ecclesia, & rebus diuinis ele- *Origenes*  
quantur, & cunctos fastu superbiæ paruipendunt: hi dicit.  
canes magis, quam principes nominantur.

*De illis Episcopis, qui superbire incipiunt.* Cap. XIV.

**H**VMILIS debet esse Episcopus. Gradū enim māsuetu- *Ex dictis*  
dīnis accipit, non superbiæ. Paulus dicit: Decet hu- *Gregorij*  
iusmodi hominē mansuetū esse, non elatum, nec superbū. *papæ, et*  
*Quod ordinationes Episcoporum apostolica auctoritate a* *Apostoli*  
*cunctis prouincialibus fieri debeant.* *Pauli.* Cap. XV.

**O**Rdinationes Episcoporum auctoritate apostolica ab *Ex epistolo*  
omnibus qui in eadem fuerint prouincia, sunt cele- *la Anacle.*  
brandæ, qui simul conuenientes, scrutinium diligenter *papæ scri*  
agent, ieuniūmque cū conuenientibus precibus cele- *p̄ta episco*  
brent, & manus cum sanctis Euangeliis quæ prædicaturi *pis Italæ*  
sunt inponentes, dominica die hora tertia orantes, sa- *ca, nono.*

A iii